

an 6.  
AD PRÆNOBILEM AMPLIS-  
SIMUMq; URBIS ERFFUR-  
TENSIS

NOVUM SE.  
NATUM,

*Quando sub auspicio anni 1662. ad decretam  
publicæ gubernationis Spartam  
solenniter inaugu-  
raretur,*

EPIGRAMMATA EUCTIKA.

*pangente*

M. ELIA BIRNSTILIO,  
Concionatore E.

*Erffurti literis Dedekindianis,*



## N. SENATUI

utramq; salutem.

**T**er decies Veris meragratiâ floruit, ut me  
Laurus obumbrârat, Casaris auspiciò.  
Hoc ergo ut viridans, ceufas, stephanoma decòrem,  
Dicere pergo Deum, dicere pœne - Deos.  
Hinc modò ad astra feror, patriâ modò longiùs ab-  
sum,

Et venit in versus ille, vel illa meos.

Canto togam, lauros, natales, canto tiaras,  
Et melos acceptat funus, amicus, amans.

Nec me contineo, crudos perstringere mores,  
Quales, Gomorrhæ filia, Mundus agit.

Nec tacuere Elegi, dum sese tristia spernunt  
Rariùs, & nihil est hic, nisi deficere.

Nascimur & patimur, morimurq;, nec effugit ullus;  
His tribus in membris stat mea conditio.

Quicquid at hic mitto, jucunda fronte, Dicaste,  
Sumite, ceufida sumite mentis opus.

Det sine nocte dies, vitam sine morte, salutem  
Det sine fraude, dies, vita Salusq; Deus.

Nume-

Numerus Consulum & Senat. Anno 1662.

Herz Jacob Berger.

Herz M. Friederich Schaderthal.

Herz Florian Böttiger.

Herz Hieronymus Busch.

Herz Johann Heinrich Fischer.

Herz Egidius Ilgen.

Herz Adam Breuter.

Herz Dietrich Nacl.

Herz Philipp Diemar.

Herz Bolcmar Zinckelsen.

Herz Balthasar Westermann.

Herz Volcmar Winkhelm.

Herz Heinrich Langguth.

Herz Wolf Balthasar von der Weser.

Herz Werner Schuemacher.

Herz Johann Friedrich Förster.

Herz Johann Georg Hesse.

Herz Michael Mangold.

Herz Andreas Koch.

Herz M. Bartholomæus Weis.

Herz Balthasar Rudolf Schwengefeld.

Herz Jacob Berger.

Herz Georg Ziegler/ Jun.

Herz Caspar Vogel.

Herz Hieronymus Hempel.

Herz Lorenz Hesse.

Herz Nicol Schultes.

Herz Hans Leihmann.

Herz Hans Backhaus.

Herz Michael Weber.

Herz Jacob Lindemann.

Herz Hans Scheller.

Herz Hans Schade.

Herz Hans Friese.

Herz Friedrich Ulrich Leo.

Herz Balthasar Kraantichfeldt.

Mahts. Meister.

Wier. Herren.

Cammerer.

Stadt. Wöigte.

Ungelder. Herren.

Zweyermänner.

Brücken. Herren.

Futter. Herren.

Unter. Bau. Herren.

( Tuchmacher.

Flischer.

Rüchuer.

Löber.

wegen der

Schmide.

Schuster.

Schneider.

Becker.

Kleinen Handwerker.

Unter. Cammerer.



EIDEM SENATUI STRE-  
NA JANUARIA,

*περοικυνήσει ad Christum, τῆς πολιτείας  
autorem, expetita.*

**S**ol radiosus iter quando confecerat omne,  
Rursus in itq; suum Sol radiosus iter,  
Lecta manus Procerum sortitur frena regendi,  
Ex populo Geræ lecta manus Procerum.

Hæc tibi pompa virum dat publica vota, Redemptor;  
Sit curæ excellens hæc tibi pompa virum.

Quemlibet alma fides, candorq; in pectore clarat,  
Clarat cum Sophia quemlibet alma fides.

Nobilitate genus deducit & alter & alter,  
Scilicet antiqva nobilitate genus.

Publica consiliis iuvat hic Amplissimus Ordo,  
Ritè iuvat doctis publica consiliis.

Mos vetus invaluit nunc, mittere munus amicis,  
Omne vovere bonum, mos vetus invaluit.

Versibus hisce meis fero paucula dona Patronis,  
Cunctaq; fausta precor versibus hisce meis.

Une salutis Here ô, fortuna cœlitus actus,  
Suppedita vires, Une salutis Here.

Christe tuere Viros, hoc & compluribus annis,  
Utq; regant tuti, Christe tuere Viros.

Absit ab Urbe procul πόλεμος, λοιμός τε, λιμός τε,  
Et quodcunq; malum est, absit ab Urbe procul.

Quis metuendus erit, si tu moderator & auspex?  
Si fueris posthac, quis metuendus erit?

Dn.

# Dn. JACOBO BERGERO,

*Consuli scientissimo, τῆ εὐβουλία  
nato.*

**C**onsule præclaro fate, præclarissime Consul,  
Digne ò, svavidicis versibus usq; cani;  
Consul es ut votis, sic fatis mittere consul;  
*Scilicet à Domino est imperitantis honos.*

*Judicis est, omni, ne jus in jure laboret,*

*Æquali trutinâ distribuisse suum.*

*Judicis est, fontem sese præstare salutis;*

*Judicis est, patriæ consuluisse bene.*

*Judicis est, humilis non spernere verba clientis,*

*Amborum voces hauriat aure pari.*

*Qvis de te dubitet? Genii sunt munera nota,*

*Munera quæ cœli dant tabulata tibi.*

*Verbo luce, sacro duce Pnevmate, divite sensu*

*Immensum trutinas Relligionis opus.*

*Insuper haut - segnis symmysta Viraginis audis,*

*Quæ vibrat & lancem, ventilat & gladium.*

*Tale forum felix, firmo stat curia fulcro,*

*Quando Sophus fasces, ceu Sophus inquit, habet.*

*Prodromus est pietas, hæc exhibet omnia læta,*

*Utpote legitimo schemate res agere.*

*Ergo secundatos tibi spera lætior actus,*

*Eximium referes nominis inde decus.*

*Vive diu Patriæ, ceu vivo ego te colo metro;*

*Vive tibi, superans Nestora vive tuis.*

D<sup>a</sup>. JOHANNI HENRICO  
FISCHERO,

*Quatuor viro Spectatissimo, à natura  
ad virtutem composi-  
to.*

**C**Lare Vir, egregiis jam nunc adscripte Patronis,  
Materies Elegis facte canenda meis:  
Et tibi juridici commissa est cura theatri,  
Et tibi commissum grande laboris opus.

Hoc sublime decus rarâ virtute mereris,  
Dignum laude virum quæ latuisse vetat.  
Sospes adi Spartam, rege sanus, protege justos,  
Et leni patriam spe potiore tuam.

Æqualisq; tenor recti, pietatis & æqui,  
Unica mandati meta fit officii.

Hoc onus amplius honos sequitur, te cedrus habebit,  
Te gravitate pium, te pietate gravem.

Quinetiam ritu majorum tradita curæ  
Munia laude tua, quam capis inde, levas.

Sic mera militibus sunt prælia dura voluptas,  
Cum pugnas sequitur gloria digna graves.

Nec tantum crescet vel Momo judice fama,  
Fama nec ore malo, sive abolenda rogô;

Verum te præbes exemplar nobile vulgo.

*Subditus ad mores imperitantis agit.*

*Cedant*

*Cedant arma togæ.*

**M**Ars, alibi multo qui pinxit sanguine terram,  
Si manet hic Jani clausus in æde diu:  
Nec quoque nutabit iustæ libella Patronæ,  
Nec scribet vitiis irrita verba Solon:

Si falx ex hasta, si vomer aduncus ab ense  
Nascitur, in salvo primus & imus erit.

Et si fructificis non legibus arma præbunt,  
Nec jus raptori præda dat ipsa suo,

Publica res stabit veluti Marpesia cautes,  
Participatque suum Zeno, Propheta, Maro.

Sic precor, ô Proceres, Saturni lustra videte,  
Ut recreet quemvis intemerata quies.

Quid? modò dia lares pietas in corde locarit;  
*Pax est leta piis usque domi atque foris.*

---

*Summa lex Salus populi.*

**S**I non-offensæ Judex subsellia Divæ  
Occupat, & puris judicat usque fabis:

Si capienda capit Cajus, si Titius usque,  
Et citò demuntur pabula litigiis:

Non erit, in cujus partes nexa ulla redundet,  
Nullaque sentiscet damna pupillus inops:

Ceu fugisse solent claratum insigne diei,  
Cum Sol traxit equos æquore, noctis aves.

Quando salus sese cunctis infibulat actis,  
Qui captum regimen faustius esse potest?

*E. J.*

*Esto modò talis, tu qualis amabis haberi.*

**O** Rdo bonus vernat, si Consul amabit amari;  
Servat amor meliùs, quàm metus, obsequium.  
Plus favor efficiet, placidiq; lubentia vultùs,  
Quàm valet in cunctis actibus asperitas.  
Sepe odio est Judex, licet is non oderit; at non  
Diligitur, si non diligat ille suos.

---

*Moderata durant.*

**S**ymbolon est animi clementis ramus olivæ,  
Implexus gladio, svadet amare modum.  
Ergo Venus mentis vehementis temperet æstùs,  
Quos rigidus rigido ructat ab ore Cato.  
*Labitur obsequium nimia gravitate regentis,  
Mollitiq; merâ labitur æstimium.*  
*Aurea res medium est. Miscendum est utile dulci:  
Qui facit hoc, punctum quodlibet ille tulit.*

**F I N I S.**





AD PRÆNOBIL  
SIMUMq; UR  
TEM

NOVU  
NAT

*Quando sub auspicio a  
publica gubern  
solenniter  
rar*

EPIGRAMMA

*par*  
M. ELIA B  
Concio

*Erffurti literi*

